



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vita Beati P. Philippi Nerii Florentini. Congregationis
Oratorii Fvndatoris**

Gallonio, Antonio

Mogvntiæ, 1602

Intimos animi motus intuetur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43172

Razius ex eadem familia, in hæc prorupit verba: Catharina dum viueret, sese mihi per visum ostendit. Quæ esset eius corporis effigies, quæ habitudo oris, qualis statura, quis aspectus adamussim exprimebat: mirabile id fuisse quis neget? quandoquidem nec Philippus Roma, nec Catharina Pratensi cœnobio egresa est. Hæc porro narravit ille occasione obitus eiusdem Catharinae, qui in hūc annum in diem quartum nonas Februarias incidit.

Intimos animi motus intuetur.

*Id is ipse
Hector sa-
cramento.
narravit.*

HEctor Modius Calaber eodem anno, Februario mense Romā veniens Philippo peccata sua confitebatur: quod dum faceret, non importunos modò intemperantia ardores, quibus frequenter impugnabatur, sed desidiam etiam, quam in illis refellendis adhibebat, silencio inuoluere cōsueuerat. Philippus

interim

interim ut iuuenis pertinaciam vidit, simulque animi periculum, in quo erat, arrepta ex confessione delictorum, quām faciebat, occasione; quid causæ est, dixit, quod te de libidinis, atq; intemperantie stimulis, simul de negligentia, qua in eis repellendis vteris, non accusas? effare peccata tua, si Deo rem gratam facere cupis. Quibus ille rebus in admirationem raptus, mox intimo cum animi dolore confessus est se in his deliquisse; atq; deinceps maiore solertia vitam traducturum omnī assueratione affirmauit.

Aegros sanitati restituit.

EO ipso anno, mense Martione, ^aan Aprili P. Prometheus Peregrinus nostræ Congregationis sacerdos ita grauiter ex intestinis laborare cœpit, vt ea sibi extrahi crederet: Quamobrem in cubiculum mox delatus miserandum in modū cruciari se sentiebat doloribus in-

*Hanc rem
ipse P. Pro-
metheus
iure iuran-
do expressit*

crescen-